

Sortilegium, sicut indicat Sixtus V, committitur:	<i>Alii praeterea etiam in corporibus obsessis, vel lymphaticis et phanaticis mulieribus, daemones, de futuris et occultis rebus, aut factis, exquirunt.</i>
Sortilegium hodiernorum quod idololatriam vel haeresim sapit	Gravissimis plectitur poenis, uti est infamia, in laicis olim excommunicatio, in Clericis depositio et privatio beneficiorum; sed delinquentes gravioribus adhuc plectendi sunt poenis pro criminis immanitate.
Delicta mere ecclesiastica a Clericis sive a laicis patrata	Per iudicem ecclesiasticum, iuxta sacrorum canonum dispositionem, cognoscenda et punienda sunt.

De Delictis mere Civilibus.

Delicta mere civilia	Nostrum non est agere, nisi quatenus poenis spiritualibus plectuntur, aut committuntur a Clericis.
Crimen laesae maiestatis est	<i>Machinatio, sive conspiratio contra vitam, dignitatem, seu potestatem Principis, vel alterius, cui Princeps talem concesserit potestatem.</i>
Maiestatis nomine intelligitur	Summa in cives ac subditos legibus soluta potestas et ecclesiastica et saecularis.
Est reus laesae maiestatis	Qui machinatur in S. Pontificem, Cardinales, Legatos, Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos.
Est reus laesae maiestatis	Qui conspirat contra auctoritatem Principis aut personam de eius familia.
Crimen laesae maiestatis committitur	<i>Conspiratione, coniuratione, rebellionem, seditionem, et perduellione.</i>
Crimen laesae maiestatis	Est maximum delictum, quod privatione beneficiorum, inhabilitate ad alia beneficia et officia ecclesiastica et excommunicatione S. Pontifici reservata, aliisque poenis a iure canonico plectitur.
Homicidium	<i>Est hominis occisio ab homine facta.</i>
Homicidium voluntarium	Cum directe et per se, aut indirecte ei praebendo causam intenditur, appellatur.
Homicidium casuale dicitur	Quod nec directe, nec indirecte intenditur, sed casu omnino contingit.
Simplex homicidium	Est quod mala voluntate caret, aut malam voluntatem habet absque speciali aggravante circumstantia.
Homicidium qualificatum.	Est quod praeter malam voluntatem habet specialem aggravantem circumstantiam adiunctam.

Quod fit cum praemeditatione.	Homicidium assassinium
Quod fit per dolos et insidias.	Homicidium per proditionem
Quod fit in parentibus, aut sanguine vel affinitate proxime coniunctis.	Homicidium parricidium
Quod fit in persona Deo sacra.	Homicidium sacrilegum
Est pugna singularis armis ex conducto suscepta, designato loco et tempore, inducens periculum mortis aut mutilationis.	Duellum sic appellatum, quasi duorum bellum,
Detestatur et execratur a Patribus Concilii Tridentini. Damnatur ab omni iure, naturali, divino, ecclesiastico et civili. Tridentinum damnat duellum publicum et solemne; Gregorius XIII, privatum et minus solemne sine patrinis, sociis, loci securitate, ac sine litteris provocatoriis, aut denunciationis chartulis; Clemens VIII, ad omnem provocationem et cooperationem attentatam, etiam non sequuta pugna, extendit damnationem.	Duellum privata auctoritate indictum
Infanticidium foetus animati, et si fiat a parentibus est species parricidii.	Abortum est
Foetus habetur animatus in maribus post 40, et in feminis post 80, a conceptu dies, et in dubio praesumitur mas.	Quoad irregularitates et poenas
Est ultimum supplicium: <i>Qui percusserit et occiderit hominem, morte moriatur.</i>	Poenam homicidii voluntarii ex iure divino
Sunt excommunicandi, nisi poenitentia crimen diluerint.	Ex iure canonico laici homicidae
Beneficiis et officiis perpetuo privandi sunt, et in monasterium ad agendam poenitentiam recludendi.	Ex iure canonico Clerici homicidae
Sunt anathematizandi et degradandi et praeterea in omnibus adiungenda est irregularitas.	Si Clerici pluries homicidii flagitium perpetraverint
Poenam excommunicationis reservatae Episcopo.	Homicidium in abortu punitur
Poenam excommunicationis reservatae Summo Pontifici propter violatum privilegium canonis.	Homicidium in sacrilegio punitur
Poenam excommunicationis reservatae ac privationis	Homicidium in duello punitur

	sepulturae ecclesiasticae, etiamsi reus signa poenitentiae dederit et sacramenta receperit.
Falsum est	<i>Actus dolosus animo corrumpendae veritatis ad decipiendum aliud adhibitus.</i>
Falsum dicto committitur	Si falsarius est testis in iudicio, mendacium proferens aut verum dolo malo suppressens.
Si Clericus est falsarius	Deponendus est.
Falsum committitur facto	Corrumpens, vel effigens monetam.
Si Clericus est falsarius facto	Ex iure communi est perpetuo beneficiis privandus.
Falsum scripto committitur	A notario falsum instrumentum scribens et a violatore Litterarum Apostolicarum, qui excommunicatione punitur S. Pontifici reservata.
Falsum committitur usu	Ut si paratum ab aliis falsum instrumentum, vel testimonium in iudicio producens.
Si Clericus est falsarius usu	Deponendus est et in monasterium detrudendus.
Furtum est	<i>Contrectatio fraudulenta rei alienae animo lucrificiendi ipsam rem, vel eius usum, vel possessionem, invito rationabiliter domino.</i>
Plagium est	Furtum commissum in homine libero: <i>Qui furatus fuerit homines morte moriatur.</i>
Rapina est	Furtum commissum violenter contra dominum.
Furtum commissum in mari contra catholicos.	Punitur excommunicatione S. Pontifici reservata, a qua absolutio non datur, nisi facta restitutione.
Abigeatus sive abigatus est	Furtum commissum exturbando armenta a pascuis, eaque surripiendo.
Peculatus est	Furtum commissum in publico aerario, aut in pecunia Ecclesiae ab eo, cuius fidei fuit tradita.
Usura est	Lucrum ultra sortem, quod ex mero mutuo absque alio titulo percipitur.
Usura quae stricto appellatur lucrativa	Omni iure naturali, divino et ecclesiastico prohibita est et qui eam exercet tanquam fur tenetur ad lucri percepti restitutionem, fit infamis, quando usura est manifesta, et irregularitate notatur, repellitur a communione altaris, a sepultura ecclesiastica, nec eius

recipiuntur piae oblationes, nisi, si possit, restituat, vel de restituendo caveat.

Suspendendus vel deponendus est.

Clericus reus usurae

Reus usurae, excommunicandus.

Laicus

Laesio in corpus vel dignitatem, aut famam hominis liberi dolo perpetrata.

Iniuria est

Dicto, ut per convicium.

Iniuria committitur

Facto, ut per verberationem.

Committitur iniuria

Scripto, ut per libellum.

Iniuria committitur

Chartula quaedam ad alterius infamiam ab ignoto auctore scripta, vel picta et publicata.

Libellum famosum est

Est excommunicatio ferendae sententiae.

Poenae contra scribentes libellos famosos.

Quod dolo rei alienae infertur absque ulla inferentis utilitate.

Hoc nomine damnum intelligitur

Nam incendiarii ecclesiarum propter violationem ipso iure excommunicatione percelluntur, a qua ante denunciationem possunt ab Episcopo absolvi, post denunciationem solo a S. Pontifice.

Incendiarii propter damnum illatum, gravissimis poenis etiam spiritualibus plectuntur

Sunt excommunicandi, et si absque poenitentia et satisfactione decedant, ecclesiastica sepultura privantur.

Incendiarii aliarum rerum non sacrarum

Copula carnalis soluti cum soluta iam corrupta.

Fornicatio est

Omnis fornicator et immundus non habet haereditatem in regno Christi et Dei.

Fornicatio est infandum scelus.

Quia est contra naturam ob vagum concubinatum.

Fornicarii gravibus plectuntur poenis.

Sacrilegium est fornicatio.

Clericis in sacris ordinibus insipientis

Non poterant inter clericos cooptari; et si per ignorantiam cooptati fuissent offerendi munere erant privandi.

Laici fornicarii ex Concilio Neocaesarensis praescripto

Nimirum poenitentia decem annorum quodam determinato modo peragenda, ingressu in ecclesiam, si

Clerici a iure sacro variis puniuntur poenis.

	poenitentiam noluerint adimplere, suspensione ab officio et beneficio, privatione beneficii et depositione.
Episcopus potest clericis fornicariis infligere poenam, mitiorem vel rigidiorem	Quam pensatis circumstantiis personarum et delicti, opportuniorem in Domino iudicaverit; fornicationis poena iudici arbitraria est.
Concubinitus gravissimis poenis punitur.	Laici consuetudinariae fornicationis rei ter monendi sunt, inde excommunicatione percutiendi, a qua absolvi nequeunt, nisi prius concubinas dimittant.
Clerici fornicarii ex veterum canonum dispositione	Sunt beneficiis privandi et perpetuo degradandi. Iure novo Tridentini, Episcopi monendi sunt a Concilio Provinciali, et nisi se emendent, ipso facto evadunt suspensi.
Clerici beneficiati fornicarii consuetudinarii et cum cura animarum	Monendi, coercendi et castigandi sunt, et si incorrigibiles se ostendant, beneficiis privandi, appellatione remota.
Clerici beneficiati sine cura animarum	Monendi sunt specialiter tribus vicibus et post primam monitionem ipso facto privantur tertia parte fructuum beneficiorum, post secundam omnes fructuos amittunt et a beneficiorum administratione suspenduntur, et post tertiam officiis et beneficiis privandi sunt et inhabiles ad alia declarandi auctoritate Apostolica, et excommunicationis gladio plectendi.
Clerici sine cura animarum et sine beneficiis	Suspensionis poena ab ordine et inhabilitatis ad beneficia, aliisque modis puniendi sunt.
Stuprum est	Violenta virginis defloratio, et fornicationem continet.
Laicus stuprator	Praeter poenas fornicatorum tenetur defloratam ducere vel dotare.
Clericus stuprator tenetur	Defloratam dotare et etiam deponendus est.
Adulterium	Est alieni thori violatio.
Duplex adulterium	Cum uterque delinquens est coniugatus.
Simplex adulterium	Cum delinquens unus coniugatus et alter solutus.
Adulterium a iure divino	Gravissimis plectitur poenis: in Veteri Testamento adulter plectebatur morte per lapidationem.
Laicus adulter, a iure canonico.	Est excommunicandus.

Ab officio et beneficio deponendus est, et in monasterium detrudendus ad agendam poenitentiam.	Clericus adulter a iure ecclesiastico
Coniunctio inter consanguineos et affines.	Incestus est
In laicum est excommunicatio ferendae sententiae.	Poena incestus
In Clericum est depositio, sed Clericus post debitam peractam poenitentiam potest ab Episcopo in suum gradum restitui.	Poena incestus
Infandum crimen quod libidinum furias et in corpora et in sexus contra naturam continet.	Sodomia est
Ex Levitico morte erant puniendi.	Sodomitae
Ex antiqua Ecclesiae disciplina, etiamsi poenitentes, non poterant admitti neque in primo poenitentium gradu, inter <i>Flentes</i> .	Sodomitae
Excommunicandi sunt, ac a coetu fidelium penitus excludendi.	Sodomitae laici, ex iure canonico
Praeter depositionem ab omni officio et beneficio privandi sunt et privilegio clericali; et potestati saeculari tradendi sunt, ut de eis gladius civilis capiat supplicium.	Sodomitae Clerici, ex iure canonico
Per iudicem ecclesiasticum sunt declarandae, qui ex pluribus, quam pro facti circumstantia maluerit, eligere potest.	Poenae contra Clericos incontinentes a iure ecclesiastico indictae.
Ex iure canonico non est in iudicio absolvendus, nisi prius delictum sibi affixum per canonicam purgationem diluerit.	Si Clericus indicis gravibus super incontinentia publice est diffamatus et condemnari nequeat ob defectum probationis
Habet locum cum diffamatus nequeat directe suam innocentiam demonstrare, et consistit in iuramento ab ipso diffamato et ab aliis viris spectatae vitae sibi proximis coram iudice emisso, quod illi de sua innocentia credulitate iurant, qui <i>compurgatores</i> appellantur, quia ad purgationem concurrunt.	Purgatio canonica
Ob periorum periculum in dissuetudinem abiit.	Hic extraordinarius modus innocentiae demonstrandae
Est solus iudex saecularis quoad delicta mere civilia, et mixta ecclesiasticus iudicat.	Iudex competens pro foro externo in laicis

Iudex competens pro Clericis solus ecclesiasticus.

Quia Clerici fori privilegio iurantur, pro utroque delictorum genere, mixta, et civilia.

De Poenis Ecclesiasticis.

Poena canonica est

Delinquentis, aut delicti coercitio, ab Ecclesia per canones, aut a potestate ecclesiastica, secundum canones, data aut comminata.

Ad dignoscendum an poena sit latae vel ferendae sententiae, duae assignandae sunt regulae:

Inspicienda sunt verba poenae, si referantur ad tempus vel praeteritum, vel praesens, *excommunicamus, privamus, ipso facto, ipso iure*, continent latae sententiae poenam; si referantur ad tempus futurum, *excommunicabitur, privatur*, ferendae sententiae poenam continent. Inspiciendus est sensus poenae; si perficiat actionem per se, dat latae sententiae poenam, *declaramus excommunicatum, sciat se esse privatum, statim, omnino, ex tenore praesentium*. Si actionem alteri remittat perficiendam, *qui hoc fecerit excommunicatur, privatur, excommunicandus, privandus*, poenam dat ferendae sententiae.

Latum est discrimen inter poenam latae et ferendae sententiae.

Nam poenam ferendae sententiae non obligat, nisi post sententiam condemnatoriam iudicis; poena latae sententiae statim obligat in conscientia, ubi externam executionem non requirit, necessaria est sententia iudicis declaratoria commissi criminis et poenae contractae, nisi talis declaratio a lege excludatur: ex causa, *etiam alia declaratione non secuta.*

Effectus poenae in sententia condemnatoria

Incipit tantum a die sententiae.

Poena in sententia declaratoria

Incipit a die commissi delicti, ad quem ipsa sententia retrahitur.

Sub Censurae nomine continentur

Omnes poenae medicinales, et sunt, *excommunicatio, suspensio et interdictum.*

Excommunicatio

Quasi extra communionem eiectio sonat.

Anathema graece

Separationem significat.

Excommunicatio est

Censura ecclesiastica, quae Christianum communibus fidelium bonis privat.

Ecclesia societas perfecta est et eius constitutio necessarie requirit potestatem anathematizandi.

Ecclesia ex iure divino potestatem habet graviorum criminum reos excommunicandi.

Si sit ex integro, ita ut excludat, tam active, quam passive a bonis fidelium communibus.

Dicitur excommunicatio maior

Si ex parte, ita ut tantum passive bonis communibus fidelium excludat.

Dicitur excommunicatio minor

Semper excommunicatio maior intelligitur. Ita veteri iure.

Cum simpliciter excommunicatio profertur

« Ex quibuscumque censuris non nisi illae quas in hac Constitutione inserimus, ... robur exinde habeant ». At excommunicatio minor nullo modo inserta est in praedicta Constitutione.

Excommunicatio minor sublata est per constitutionem Apostolicae Sedis

S. Congr. S. R. U. Inquisitionis interrogata, utrum vi constitutionis *Apostolicae Sedis* abolita esset excommunicatio minor; respondit 10 Decembris 1883: *Affirmative*. Advertendum tamen est, cessationem huius poenae non efficere ut culpa cesset, quam quis communicando cum excommunicato vitando incurrit.

Tuto doceri potest in Seminariis, sententia quae docet excommunicationem minorem abolitam esse vi constitutionis Apostolicae Sedis.

In *reservatam* et *non reservatam*.

Excommunicatio maior dividitur

Dari tantum potest ab eo cui fuit reservata, excepto mortis articulo.

Absolutio a b excommunicatione reservata

Valide datur a quocumque Confessario approbato.

Absolutio ab excommunicatione non reservata.

Duplicis est speciei: alia est reservatio facta *speciali modo*, alia *simpliciter* facta.

Reservatio facta S. Pontifici vi Bull. *Apostolicae Sedis* Pii IX.

Apostasiae et haeresis, lectionis librorum haereticorum et librorum solemniter a Papa damnatorum: Schismatis. Appellationis a Papae mandatis ad Generale Concilium. Offendentium Cardinales, Episcopos et Nuncios. Impedientium exercitium iurisdictionis ecclesiasticae. Trahentium ecclesiasticos ad tribunal laicum. Recurrentium ad laicam potestatem ad impediendas litteras S. Sedis. Falsariorum litterarum Apostolicarum. Absolventium complicem in peccato turpi.

Reservatio facta a Pio IX speciali modo in Bull. *Apostolicae Sedis*, sequentes excommunicationis casus respicit.